



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XCVI. Ad Vitum Curnerum Ic.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

Ad Ioannem à Gemminge

Magistrum Venat. Palat. EQ.

*Quæ dedit umbrantes tot ceruos tempora ramis*

*Auspicij; hodiè, candide IANE, tuis;*

*Fausta dies, niueo meritò signanda lapillo;*

*Fortuna redeat sæpius, o pro, pari.*

*Si qua dea est, præsens fuit his venatibus ipsa*

*Delia: quam metuunt per nemus omne caput.*

*Ipsa simul prædam cupidus obiecit: & ipsa*

*Te dedit occultam Diua subinde plagam.*

*Quod decet ergo, canes Diuæ placabimus exiti:*

*Quos vult esse sacros ipsa Diana sibi.*

*In prædam, partemque canes fas esto vocare:*

*Sanguine ceruino pascere guttur edax.*

*Premia latrantium sunt hæc gratissima turbet:*

*Nam sic ad prædam fortior ire solet.*

XCIV.

Christophoro Richardo IC.

*Si qua nocet, citò lingua nocet: citò crescit et illa*

*Noxa: sed haud crescens tam citò noxa fugit.*

XCVI.

Ad Vitum Curnerum IC.

*Mercedem persolue libens, quicumque laborat*

*VITE tibi: vitæ pars fuit ille tuæ:*

*Tu pars illius vitæ simul esse memento:  
Mercedem quisquis denegat, ille necat.*

XCVII.

Ioanni Læto I C.

*Cui des, LÆTE, vide. Cato sic monet, ipse li-  
Si dederis digno, munera digna puta. (benter*

XCIIX.

Symbolum D. Iacobi Mar-  
chionis Badensis.

*Dilige iustitiam, terram quicumque gubernas  
Iudex: sic vates regius ille canit.*

*Symbolon hoc tibi nempe placet. te quippe I A-  
Commonet officij, Marchiomagne, tui. (COBE*

*Iudicet vt princeps benè, lanx hoc ponderet omne  
Iustitiæ vires temperet inde suas.*

*Felicem populum, si princeps jure, vel æquo  
Se magis, arbitrio quàm regit ipse suo.*

XCIX.

Conr. Carolo. Hehlio

Patr. August.

E Græco.

*Omnino nocet nimium: vetus hinc est, CAROLE,  
Quod fel erit, non mel, si mel erit nimium. (verbū:*

C.

Ad Lectorem.

Quæ